

CORPVS

GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GVSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

VOL. VI

CORPVS
GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GVSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

VOL. VI

X18R927

FACOLTÀ DI MAGISTERO

Istituto di Filologia Latina e Medioevale

INV. N. 5601



VERLAG ADOLF M. HAKKERT - AMSTERDAM

1965



**Mit Genehmigung des Verlages B. G. Teubner, Stuttgart,
veranstalteter reprographischer Nachdruck**

**Alle Rechte, auch die der Übersetzung, des auszugsweisen Nachdruckes
und der fotomechanischen Wiedergabe,
seitens der B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Stuttgart, vorbehalten**

THESAURVS
GLOSSARVM EMENDATARVM

CONFECIT

GEORGIVS GOETZ



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIX

PRAEFATIO.

Thesauro glossarum qui uti volent ut recte utantur pauca prae-
monuisse satis erit.

1. Collegi et recepi quidquid glossarum quattuor quae edita
sunt voluminibus continetur, nisi quod e colloquiis, fabulis,
tractatibus tertii voluminis notabilia tantum excerpsi tritis vocabulis
omnino abiectis. His addidi supplementa quaedam ab ELIA STEIN-
MEYER ('Z. f. deutsch. Alterth.' a. 1889 p. 242 sqq., a. 1896 p. 276) et
I. H. GALLEE ('Altsächs. Sprachdenkm.' ed. a. 1894 p. 331 sqq.) sive pu-
blicata sive indicata (h. e. glossas Monasterienses, Werthinenses, Mona-
censes), quae additamentis primi vel septimi voluminis ex ordine codicum
inserentur. Sed ne erroribus quos admisit GALLEE haec sylloge irreti-
retur, meum et WESSNERI apographon non uno loco iam nunc secutus
sum. Denique partim ex meis schedis — inprimis ex apographo libri
glossarum — partim ex LOEWII, MAII, DVCANGII libris im-
pressis, item ex PAPIAE Elementario (ed. Mediol. a. 1476) et OSBERNI
Panormia (ed. A. MAI. a. 1836) glossas nonnullas exhibui, quas quidem
quaestionibus glossematicis usui fore mihi persuasissem. Ex aliorum
medii aevi vastis corporibus, ut HVGVCIONIS, IOHANNIS DE IANVA,
MATTHAEI SILVATICI, ne nimis a consilio meo aberrare cogerer,
paucula quaedam delibavi, hausta partim ex exemplaribus impressis,
partim ex meis schedis, partim ex copiis DVCANGII.

2. Glossas non modo collegi aut collectas exhibui, sed pro vi-
rili parte emendavi. Scripturam librorum ubi mutavi, plenam dis-
crepantiam olim diligenter adnotatam denuo proponere nolui, sed ea
tantum quae res postulare videretur cum cura selegi, eamque omnino
mihi normam esse volui, ut meras sordes erroresque librariorum
abicerem, formas vero latinas sive vetustas sive recentiores
sive vulgares et romanenses praeter tritissimas vilissimas-
que, quas ubique recoquere taedium esset, ne obscurarem.
Emendationes virorum doctorum, ut SCALIGERI, VVLCANII, SAL-
MASII, DVCANGII, O. MVELLERI, HILDEBRANDI, OEHLERI,
LOEWII, BVECHELERI, ROENSCHII; HERAEI, DEVERLINGII,

FVNCKII, LANDGRAFII, KRVMBACHERI, STOWASSERI, WARRENII, NETTLESHIPII, SCHLVTTTERI aliorum eo quo par est studio adscivi, quamquam neque omnes quas noveram coniecturas commemorare potui neque omnes me novisse affirmare audeo. Itaque sicubi mihi adscripsi quae iam aliorum nominibus occupata sunt, cum sine dolo malo factum sit, suum quemque repetere lubenti animo patiar.

3. Lemmata latina quibus graeca non ita pauca interposita sunt per litteras digessi. Ex interpretamentis quae ad illa lemmata pertinent potiora excerpsi, excerpta litterarum ordini tamquam lemmata inserui, ne nimis delitescerent. Quamquam cavendum fuit, ne lemmatum numero sine modo aucto ambitus libri ultra quam fas esset cresceret. In glossis botanicis quae synonyma inveniuntur non omnia excerptenda aut in lemmata vertenda duxi, cum multa ne latina quidem sint et facile ab eis, quorum interest synonymorum omnem molem novisse, inveniri possint. — Glossarum graecolatarum praeter eas quas modo tetigi interpretamenta lemmata fieri iussi: unde consecrarium fuit, ut Pseudocyrilli qui fertur diversa interpretamenta in totidem lemmata mutata pro ordine litterarum disicerentur iisdem vocabulis graecis repetitis: ubicumque tamen alterum interpretamentum ex altero demum suam lucem accipere videbatur, hoc ut indicarem varia ratione operam dedi. Si cuius intererit hoc vel illo loco integram formam cognovisse, glossam evolvat. Quod de Pseudocyrilli glossis exposui, in alias quasdam collectiones transferendum esse semel moneo. Lemmata corrupta aut suum locum habent ex ordine elementorum emendatione subiecta aut cum sanis glossis coniuncta sunt: sive hoc sive illud factum est, ut quae cohaerent facile coniungerentur quoad eius fieri potuit plerumque curavi. Participia a verbis seiunxi, ne cogerer ab adiectivis distinguere, quod saepissime nullo modo fieri potest. Placidi nota signavi et genuinas glossas Placideas et iniuria in codicibus Placido adscriptas. Glossis codicis Einsidlensis, quarum quidem auctoritas aliorum glossariorum testimoniis non firmatur, saepius *unde?* adscripsi, ut indicarem suspectae originis esse: nam earum pars certe novicia est. Indicem graecorum vocabulorum septimum volumen continebit.

4. Locos scriptorum ad quos lemmata vel interpretamenta redire videantur ubi indagaveram indicavi. Quod facile fieri potuit in glossariis ad certos auctores eosdemque pertinentibus, ut in glossis Vergilianis (IV p. 427 sqq.), Terentianis (V p. 529 sqq.), Nonianis (V p. 637 sqq.), Iuvenalianis (V p. 652 sqq.), Ciceronianis (V p. 657 sqq.), Ovidianis (V p. 546); item in glossarum farragine, quae quinti voluminis p. 410 sqq. edita est, in glossis 'de canonibus' (i. e. ex conciliorum canonibus; usus sum 'bibliotheca iuris canonici veteris, opera et

studiis Voelli et Iustelli.' Lutet. Paris. MDCLXI), 'de regulis' (scil. Sti Benedicti; usus sum editione WOELFFLINI: cf. TRAVBE, 'Textes-geschichte der Reg. S. B.' 1898 p. 97), 'de libro officiorum' (Isid. ed. Arev. VI 413 sqq.), 'de libro rotarum' (i. e. Isidori de nat. rer.), 'de libro Antonii' (i. e. vita S. Antonii interprete Euagrio; cf. Vitae patrum ed. ROSWEYD p. 36 sqq.), 'de verborum interpretatione' (h. e. de Hieronymo in Matth.; usus sum editione MIGNII), 'de Casiano' (i. e. de Institutionibus; nam Collationes explicari non videntur), 'de Eusebio' (i. e. de Eccl. hist. interprete Rufino; usus sum editione BEATI RHENANI a. 1523), 'de Clemente' (i. e. Recognitionibus; usus sum editione GERSDORFII), 'de dialogis' (h. e. de Gregorii dialogis; usus sum editione MIGNII): in quibus glossis ad fontes revocandis egregie me iuvit OTTO B. SCHLVTTTER Americanus epistulis creberrime ad me datis, quamquam nihil ex eis me desumpsisse quin ipse denuo examinaverim consentaneum est. Difficilior res fuit in eis glossariis quae ad unum scriptorem revocari non potuerunt. In quibus modo metri indicio usus sum, ut saepissime in glossis Vergilianis, Terentianis, Iuvenalianis, modo vicinitate glossarum similium, modo aliis indiciiis. Quae me ipsum fugerant, BVECHELER, HERAEVS, SCHOELL adiecerunt; multa LOEWE, FVNCK, LANDGRAF, HERAEVS, alii iam occupaverant. Glossas Orosii et Aldhelmi codicis Amploniani indicavit SCHLVTTTER, quem ubi certior suspicio visa est libenter secutus sum: incertiora omisi. Glossas biblicas partim ROENSCHIVS, HERAEVS, SCHLVTTTER, partim ipse investigavimus. Isidori libros, Nonii compendiosam doctrinam, Festi et Pauli epitomen, Donati et Servii commentarios, Horatiana scholia, grammaticos latinos, Osborni Panormiam, glossas palaeotheodiscas et anglosaxonicas, reliqua quae cum utilitate adhiberi potuerunt, aut ipse excerpti aut diligentes discipuli — in his inprimis P. WESSNER olim, postea E. WEISSBRODT — in meum usum excerpterunt. Glossas Livianas haud paucas in codice Casinensi 90 inesse dum plagulas emendamus perspexit HERAEVS. Sed ne quis credat me hanc quaestionis partem quae est de fontibus mihi videri absolvisse, rem incohatam potius quam ad finem perductam ipse moneo: vitam meam totam huic generi litterarum impertire me neque voluisse neque potuisse libere profiteor.

5. Glossas botanicas et medicinales tertii voluminis eodem studio, sed minore successu tractavi quam ceteras. Dioscuridis, Pseudapulei, Isidori, Matthaei Silvatici volumina, item synonyma Bartholomei diligenter versavi, indices optimos Cassii Felicis, Theodori Prisciani, Pelagonii, Plinii, Marcelli, pessimos Caelii

Aureliani aliorumque volutavi, libros BLANCARDI, LANGKAVELII, FISCHER-BENZONII inspexi, commentationes IO. SCHMIDTII, STADLERI, AVRACHERI, WELLMANNI non neglexi: quorum quidem virorum opera multa commode explicari et emendari potuerunt. Pseud-apulei editione usus sum ACKERMANNI neque emendata satis et interpolata: nec dubito quin multa rectius tractaturus fuerim, si KOEBERTII editio dudum exspectata praesto fuisset. Quae his et aliis subsidiis adscitis magis grammatica fretus doctrina quam botanica conscripseram, ea dum plagulae emendantur HERMANNVS STADLER, vir etiam botanicarum quaestionum peritissimus, quem KOEBERTIVS liberaliter ad apparatus suum admisit, meo rogatu benigne oculis perlustravit, non semel supplevit aut correxit, fontes indicavit, maculas removit: cuius adnotationes marginibus adiectas quod loci angustiiis pressus neque omnes neque plenas exhibere potui vehementer doleo. Formas recentissimas harum glossarum in universum temptare nolui.

6. Glossas anglosaxonicas codicum Amploniani, collegii corporis Christi Cantabrigiensis, Leidensis fieri non potuit ut prorsus excluderem: quarum quamquam haud paucae indicibus WRIGHTII et WVELCKERI, HESSELSII, DIEFENBACHII, item libris et commentationibus SWEETII, SIEVERSII, KLVGII, STEINMEYERI adhibitae a me tractari potuerunt, cum tamen multae superessent, quas ne attingere quidem auderem, FRIDERICVM KLVGE amicum certum mihique benevolentissimum, cuius auxilio iam in 'glossis nominum' edendis usus essem, denuo sollicitavi. Neque id frustra: nam is mihi de multis quaestionibus indefesso studio respondit ipsasque plagulas percurrit. Praeter KLVGIVM etiam EDVARDVS SIEVERS haud paucis locis me consilio et doctrina benigne adiuvit.

7. Praeter eos viros doctos quos de partibus quibusdam huius libri optime meritos esse grato animo professus sum, tres viri commemorandi sunt quorum studia et merita ad omnes partes pariter spectant: FRANCISCVS BVECHELER (= *Buech.*), GVILELMVS HERAEVS (= *H.*), FRIDERICVS SCHOELL: qui non modo plagulis emaculandis operam dedicaverunt salutarem typosetarumque vitia a me neglecta absterse-
runt, sed etiam meos errores non semel correxerunt, dubitationes modo moverunt modo removerunt, difficultates docte explicuerunt, corrupta feliciter emendaverunt: quorum nomina quod frequenter redeunt iuxta mecum gaudebunt qui hac sylloge utentur.

Ienae, mense Decembri a. MDCCCXCVIII.

G. G.

ADDENDA ET CORRIGENDA I.

Tot milia glossarum cum primum in scidulas essent digerenda, inde denuo contextenda, contexta typis describenda, facile evenire potuit, ut haec vel illa glossa prorsus subterfugeret. Atque quamquam operam dedi fugitivas ut retraherem, tamen fieri non potuit, quin in addendis demum nonnullae ponerentur, maxime in priore parte libri: in posteriore hoc ut evitaretur provisum est. — **abhorresco**] adde διαφρων II 275, 49. **abigeus**] adde post V 492, 15 (contam. cum avidus?). **abominandus**] adde post II 242, 12 ἀπειντόν II 234, 49. **abseldio**] scr. ἀποτομή II 241, 48. **absorbuit**] absorta est = *Vulg. Cor. I 15, 54* (cf. *Lachm. ad Lucr. p. 254*). **abstrudo**] scr. ἐξώθησεν. **abusat**] cf. abusive. **abutor**] II 242, 44 est ἀποχρώμαι. **acatus**] *V. carabus*. **accedo**] ad accedunt cf. *G.R. L. VII 264, 20* (accidunt). **accidentia**] *V. addictio*. **accitus**] adde uocatus IV 5, 41 et IV 302, 54 ante V 625, 17. **aceo**] acie turba *H. pro acet curuat*. **acerrale**] λαβὴς *H. 'λαβὴς δ. ab acore, quantum digito prendas'* *Buech.* **acisculus**] axinoryx pro axedonnis *H.* **acronyctae**] cf. *Firm. math. p. 50 ed. Sk. et K.* **acuto murice**] *Verg. Aen. V 205.* **acutor**] del. **auctor. **acutum cerno**] v. certum non cerno. **adhibeo**] scr. παραλαμβάνω (pro -ω). **adhibitis**] scr. συναρπάζοντων. **admissarius**] del. *V. amissarius*. **adoleo**] del. = oleo. **adulo**] post II 313, 63 adde σάινω II 429, 34. **adumbro**] describit pro discrepat *H.* **Aeneadae**] v. Eneades. **aenigma**] v. inae-gnea. **aera**] cf. *Isid. VI 15, 4. 5.* **aerlae uirgae**] scr. uerua uirgae f. *H. V. ueru.* **affabilis**] v. effabilis. **affector**] offector priore loco *H.* **affrutabulum**] scr. afr. **aggaudeo** suppl. *H. II 423, 40.* **agitata**] de mensura cf. *Vulg. Luc. 6, 38* coagitata mensura. **agnina**] pro ἀρνεία scr. ἄρνια. **Agrantos**] scr. Agrianios. v. menses. **allido**] adlectat adlicit nunc *H.* **Adde Almacinum** v. Dalmatinum. **almus ager**] del. (v. aruum). **Adde alucus** v. ales, ulucus. **Amaryllis**] v. Maryllis. **ambactus**] scr. δοῦλος, μισθωτός. **ambiguus** hoc amb. et haec amb. **adde V 300, 61. **ambuila**] cf. *Georges* ambubaia. 'Wegewarte' confert *Buech.* **Adde amenticus** v. de-menticus. **amfragosus**] περιδεσφίσιμος τόπος II 403, 33. **amielo**] περιβάλλομαι est amicior. **amplexabilis**] scr. Ἀφρότονον: nam nomen est. **animulus**] v. papilio (*V 318, 33*) **antescholanus**] Cf. III 277, 32. **antlia**] cf. sentina. **aphrodiu**] recte, cf. *Isid. VIII 11, 76.* **apogeum**] cf. *Isid. XV 3, 12.* **aqua**] v. ex aqua. **aquagium**] scr. *V. aquarium.* **aqualis**] adde ὕδρωψ II 462, 24. **ara**] v. hasenam. **arcumterebra**] βονξ *H.* **arcus**] post arcus caeli adde ἱρις. **argenti bigati**] *Liv. XXXIII 23, 7.* **arra**] v. masculinus. **as**] chus congius *H.* **asper et aspritudo**] dicendum erat et respiciendum ἀσπερος *Neograecorum* = albus esse; cf. candor. **asser**] cf. *Isid. XIX 19, 7.* **atrium**] scr. πύλη. v. hastarium. **Attali**] cf. *Isid. XIX 26, 8.* **attensio**] οὐδέτερον neutrum *H.* **audio**] odit ut sores saures *H. coll. Isid. XII 3, 2.* **aurunculus**] v. arunculeus. **auspicium**] cf. *Serv. in Aen. VII 257.* **azyma**] ἄλεισον = zema *H.* **Bachium**] cf. *Liv. XXXVII 21, 7.* **baium**] dele prasum ante *H.* **barbiton**] de barbata cf. *Isid. III 21, 3.* **baro**] adde baro fortis in laboribus gloss. arabicol. **batutus**] ἀνανδῆ (et battulum) *H.* **bellum intestinum**] adde πόλεμος ἐμφύλιος II 411, 58. **bene uertat**] *Liv. XXXIV 34, 2.* **bestiarius**] θηρευτής pro θηριοτης *H.* **Adde biduuium** v. uid. **bigener**] v. *Isid. XVIII 4, 4.* **bilis**] *V. sine bile.* **bilustrum**] scr. decim annis. **bissum**] v. dissum. **bonorum cedo**] ἐξίσταμαι II 303, 41 (v. cedo). **bradigabo**] bradigabo feldhoppo 'Journ. of Phil.' X 96; cf. *AHD. GL. IV 245^b 45* (*Kluge*). **bucnum**] v. bigener. **bulbus**] v. uulbos. **Burrae Vatr.**] scr. Burra. **caduceator**] *Liv. XXXII 32, 5.* **caedo**] v. pugnis caedo. **caelatum**] adde caelatus τετορνυμένος II 453, 54. **calamus**] cf. *Vulg. Ex. 25, 33*; calamiscus. **caldarius**] cf. aenulum. **calumnia**] cf. *Isid. V 26, 8.* **calx**] v. carcer. **canier**] ganeus *H.* **caniles**] τηγανίτης *H.* **Canopus**] v. excetra.****

cantherius] *cf. Isid. XIX 19, 15. cardus] de cardum adde GR. L. I 75, 1 sq. carticula] GR. L. II 213, 4 confert H. Adde catagoga v. ocimum et cataegis v. totegis. cataphractus] Liv. XXXVII 40, 11? caupulus] adde (v. capulum) post locellum. Celaena] Liv. XXXVIII 13, 5. cerbaril] *cf. V 481, 30 (satellites). cereacas] cloacas secessus H. cetratos] cf. Liv. XXXI 36, 1; XXXIII 4, 4. ceruicosus] ἀρχενίας ceruiciosus cod., fortasse recte. Chimaera] *cf. Isid. I 39, 4. cinctor] ξωστής cod., recte. cingillum] cf. redimiculum. cistophori] cf. Liv. XXXVII 46, 3. citatus in lingua] Vulg. Eccl. 4, 34. Adde clausa cl[usa, negata Plac. V 55, 19. elipeus] v. calbae, pluteus. eo] v. quo. Adde colligatio σύνδεσμος II 444, 41; III 442, 46. Adde collis iugum v. iugum. colobistae] *cf. GR. L. suppl. p. 95, 10. columnum] λεπτοκάρνον est colurna. comitum facio] v. conuicior. compaginatatus] adde compagitus ἀρμολόγησις II 245, 16. concauae] v. poples. conclitorem] Liv. XXXVII 45, 17. congreco] adde congregat συναθροίζει, συμφορεῖ II 109, 21. congregatus] consartum consutum Hildebrand. congruenter parentibus] *cf. GR. L. I 314, 11 (congruus patribus). considunt] considerare conruere H. coll. Verg. Aen. II 624. Copsa] *cf. GR. L. II 77, 13. Corax] cf. Liv. XXXVI 30, 4. coria] interpretamentum merum est: v. portarum indumenta (itaque scr. portae indutae). Coronides] *cf. GR. L. II 63, 18. cylleus] culleus latet: explicandus error ex GR. L. I 553, 34 (culleus ὁ τὰν ἄνθρωπος, caenum βόρβορος (H.). Cydnus] *cf. GR. L. II 42, 18 Cydnus, Ariadne (H.). cultellus] post cultellum adde μαχαίριον. cumba] verba a curando ad glossam sequentem (curator) refert H. cupidus] adde φιλάργυρος II 471, 25. Addenda et Corrigenda II ad calcem sexti voluminis ponentur.********